

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

23. Malus Orator: totus ex Luciano fermè expressus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

M A L V S . O R A T O R ,
Totus ex Luciano sermè expressus.

Ex p̄t̄ d̄c̄p̄t̄ d̄d̄a t̄x̄d̄l̄p̄.

C A P U T . X X I I I .

*Titul. ora.
905.*

Q uod igitur felix, saustumque sit, fac ut sis. Impunitis temerarius, audax, & nauiter impudens; his ubi fueris armis instrutus, satis doctum te putabo, cum præfertim *prestissima* nostrī ludi supplex sit *ignorantia*. Mediocritatem, pudorem & yetecundiam, extra Caucum, & Gangem ablegas; sunt enim oratores quem molimur, per quam contraria. Quinamō after tecum *Stentoris* *valentissimam* *vocem* *semper* can-tillantem, & incisum, qualis hic noster est. *Vestitus* *si* *cultus*, & elegans, opus *Tarentini* velleris, Crepida Attica ad mulieres, delicias in variis meandris concisa, vel solea Sicyonia candidis, purpureisque fasciolis interstincta. Libellus aureis flosculis illitus gestetur in manu, quem nunquam legas, *assela* comitemur multa, qui tibi, ut *Pachonius* *anxius* id eidem istud adgarriant: *χρήστος μηδενί*, *θέλως*, *ικαρός*. Intertim, ne videaris omnino antiquae literaturae nescius, latiniora quædam, verba intelligenda sunt, quæ tu semper in ore habeas, *Equis* *dimicari* *arbitrabor*. Ne uhementer errat. Multo prefelū rectius, *idipsum* *esse* *videatur*. De ceteris securus esto, quantumvis inconcinna, dura, rancida, quasi nummos meliores notæ tua venditabit impudentia. Nec sat, antiqua, obsoleta, peregrina ad summum, qualia Euan-dri mater loquebarunt verba, sollicitè legeres, & colligere oportet, quæ tu deinde magna lingue volubilitate in-adstantes intorqueas, ut illi te, quasi hominem ē cœlo lapsum, & (quod aiunt) loquearem de machina venerentur, quod si quando verborum copia non fuerit, tu pro arbitrio confice, & cum barbarismus, aut solœcismus exciderit, confessum in promptu sit nomen poëta cuiusdam, vel scriptoris, qui nec est, nec fuit inquam, ut cum ita dixeris, vir doctus centauris. Præterea, fac nouorum scriptorum affectatas orationes semper habcas in manu, quas, ubi cautè facere poteris, pro tuis vendites: putidum verò Isocratem, inurbatum Demosthenem, frigidum Platonem, ingenij expertem Tullium non pluris aestimes, quam cariosam maceriam, aut

viciosem rucem. Mox, cum in ludum, certamenque teneris, & ut fieri solet, orationum argumenta proponentur, dic omnia exilia esse, & angusta, te tamen conaturum. Causa tunc mediteris, quomodo orationem distribuas in partes, hoc enim frigidorum est hominum, *Etius dispositio-* *tu* *dic* *quicquid* *in* *buccam*, *eth* *contingat* *te* *tio* *tumul-* *pedem* *capiti*, *ocream* *galeæ*, *caudam* *iubæ* *ap-* *maria*. *tare*, *quid* *ad* *te*, *modò* *ne* *taceas*?

Si de scislo pallio, aut de balnearioris qua-drante causula Romæ agenda sit, tu omnem *historijs* antiquitatem Atheniensem commemorabis; quæ apud Iudos, & Echatarana geruntur referes, mores etiam Scytharum interpones. In omnibus verò sit *Marathōn*, & *Cynegyru*, sine quibus nihil fiat: Athos naūgetur, Helleponsus pedibus teratur, sol Peristriū telis opacetur, Xerxes fugiat, triumphet Leonides, Othryadę literæ crux scriptæ legantur, Salamis, Arte-misia, & Platea, ad statuētatem, usque inculcentur, quibus pauca illa verba, *peraque*, *cerè*, *qui-* *dem*, *profecti*, *usque*, tanquam flosculi immi-*nitantur*, eti minimæ res indigeat. In affectibus, porro illud: *heu malitia! Dij immortales!* per doos, dea, que omnes! sapè iteretur, & caput verbere-tur, & vox yulet, percussitur femur, etiam si vel mortem tantum passeris luxuris. Inter hæc, si videris rædio affectos, auditores de discello cogitare, nauit eti, & quam primum se-dere iube: tum ab Iliacis usque temporibus, vel per Iouem, à Deucalionis, si viderur, & Pyrrhus nuptijs (quid enim interest), historias ordire, & ad hæc usque tempora longa rerum, & verborum feritæ deflece. Si non laudent au-ditores, aperte conuictare neque enim melior es Philagro præstantissimo illo quidem, sed parum iracundo Rhetore, qui de suggestu de-Pilagri filiens, alapam sanè bene sonoram, in os audi-Oratris toris, ad ea, quæ dicebantur officiantis, incus-*audacia* *ri-* *sita* *timebunt*, credo, alias doctis esse mole-*dicula*, & si quid dixerint, ob inuidiam facere vi-debuntur. Multitudo verò, & formam, & in-cessum, & deambulatiōnem, & cantum, & cre-pidas, & cetera mirabitur: scenici porrō a te conducti non cessabunt applaudere, & econa-rum tibi pretium reprendere: quod si quando memoria vacillaueris, portigent manus, & interim laudabunt, dum quid loquaris inuenias. Hæc si ad ynguem, Rhetor esse poteris citius, quam coquuntur asparagi.

In hoc toto dicendi genere, nihil est sanum, nihil syncerum, nihil non rationi, & eruditissimi hominum sententijs contrarium. Nam,

u *prisi*-

si præsa quærentur, quid tam absurdum, quæ
aliqui, quibus non intelligaris, cum maxi-
mæ cupias intelligi? quid studiis? quam si cu-
haberas nummos præsentes, asperos, legitimo
charactere impressos, illis per summam leuita-
tem non utaris; sed alios e sepulchris mortua-
rum conteres eruer, quos nemo agnoscet; ne-
mo velit, qui modò lapiat, pro legitimis habe-
re? quid tam arrogans quæ verba fingere, &
velle nouæ linguae auctorem arque architectum
haberi, quam ne vix quidem ipse intelligas?
quid inanius quæ metaphoris totam orationem
implere, & cum verba sint notionum ve-
luti simulacra, ea nouis subinde imaginibus
obscureare, & quæ vmbras vmbriatum facere?
Quid denique stolidus quæ Pygmæo cali-
gam Maximini adaptare?

Omnis quotquot fuerunt dicendi, scriben-
di, sententiisque magistri periores, hoc genus
aspernati, uno, consensu damnarunt.

Censura Antigoni Regis.

*Judicia de
stylo
Antigoni,
Augusti,
Oe.
Item Plut.
in Apoph.
Censure
syllosumi
condemna-
tio.*

Antigonus Rex prudentissimus, fatuam
Rhetorem, nouis & affectatis verbis vten-
tem, ad aures plebeias remisit: Talis autem fuit
eius oratio; χιονεβόλος ἡ ὥρα γενετικὴ λε-
πτοστενὴ τετολητὴν χάρα, Νηισκούτα τε-
μησθεῖσα exorta barbare scire totam fecit regionem.
Cui Antigonus, cū παύτημι, inquit, ὡς
δχλερος γενιαδος; Nunquam desines regi: auribus
vis pro plebeis:

Censura Augusti Cesaris.

*Sueton. in
Aug. 86.*

Genus eloquendi sequutus est elegans, &
temperatum, viciatis sententiarum inceptijs,
atque incontinuitate, & reconditorum ver-
borum, ut ipse dicit, sceroribus; præcipuumque
curam duxit, sensum animi quam apertissime
exprimere: quod quid facilis esse efficeret,
aut necebi lectorem vel auditorem obturba-
ret, ac moraretur, neque præpositiones verbis
addere, neque coniunctiones sibi iterare
dubitauit, qua distractæ afferunt aliquid ob-
scenitatis, etiæ gratiam augent; cacozelos, &
antiquarios, ut diverso genere vitiosos, pari
studio spreuit.

*Maccenaius
μυστηρίων
concinni.*

Exagitabat non solum in primis Mæ-
cenatem suum, cuius μυστηρίων (vitæ) cin-
cinos visqueaque perlequitur, & imitando
per iocum irridet. Sed nec Tiberio parcit,
& expletas, & reconditas voces aucupanti,
M. quidem Antonium, ut insenatum increpat,

quæ ea scribentem, quæ mirentur potius ho-
mines quæ intelligant. Deinde ludens milia
& tu constans in eligendo genere dicendi in-
genium eius, addicet hæc: Tuq[ue] dubitas Cim-
berne, Annus, an Veranius Flaccus imitandi
sintribilita, ut verbis, quæ C. Sallustius excer-
pit ex Originibus Catonis, utraris, an potius
Africanorum inanibus sententij, verborum
volubilitas in nostrum sermonem transfer-
dat? & quadam epistola Agrippiæ neptis ia-
genium collaudans: Sed opus est, inquit, date
te operam, ne moleste scribas, aut loqueraris.

Censura Apollonij.

Aγαγεὶς ιδεῖς εἰπεῖσθαι διδυραμβάδην, φίλοις in
χρήσιμοις ποιητικοῖς διδύμοις, vita Apol-
λονίδης ἀγρεταλασσούειν, οὐ διεργάτης οὐ παραπλη-
ταν ἄνδεις γέροντος τὸ διπλόν πεζίαν Αρδίδαν ή-ζειτ.

Nunquam surpauit gesus dithyrambicis,
poeticis nominibus ampullatum, neque leno-
cinaibus voculis concilium, & supra Attico-
rum consuetudinem venustum.

Censura Dionysii Longini.

Eπικεντενεῖ τοῦ δεῖν, οὐ τοῖς μαλισταῖς δισ-
φυλακτότατον φύσιτε γέροντας οἰ με-
γάρες εργάσθε οἱ φύσιοντες διδύμεις οὐ ξερόν-
τος καρδυγίων, οὐκ οἴδησπεις τοῦ δει-
φεινται, πενθεδυμούστος,

Μεγάλως ἀπολιθώμενον ἀμέρτηνον θυγέτες,
καὶ οὐδὲ οὐδὲ, οὐτι σωμάτω, οὐ λόγων, οὐ γα-
νον, οὐ άνα μίσει, οὐ διπλοτε περιπάτετες οὐδὲς εἰς
ταναγριῶνος εἰς γάρ, εποιητοί, ξηρότερον οὐδρωτ-
ον αἷμα τὸ πλευρῶν οὐδὲ οὐτεράγενον βέλετα τὰ
ύλα.

Est certè tumor maximum orationis vitium,
idemq[ue] frequentissimum; quia natura omnes,
quod in rebus, & in sermonibus excelsum,
desideramus, & ne enectæ imbecillitatis cri-
men incurramus, inflari volumus, & prouer-
bio locum damus;

Errare in magnis est nobilis error.

sed tumor, vitiosus est, non minus in corpore
quam oratione, & tumidi plerumque dege-
nerant in siccis: nihil enim hydropæ siccius, &
tumidus. Hæc magnus oratrum Criticus, cū
quo faciunt Plato, Aristoteles, Cicerio, & om-
nes quotquot sunt optimi.